

fecti in sensu et benivoli ac concupiscentes nimium, sed ad nichilum redientes propter hoc.

Barbarini Barbari de Branca ^(a) Urso monte venerunt, qui Trieste appellantur ^(b); ante ^(c) fuerunt, maximi de sensu, non in patria stantes, sed per orbem ludentes. 5

Lepreselli ^(d), qui Daspinales appellati sunt, de loco, qui dicitur Botenicus ^(e), venerunt; ante fuerunt sicut ipsi, qui suprascripti sunt.

Morselli ^(f) de Bononia ^(g) venerunt, qui Maximi Bassani appellati sunt; ante fuerunt, ingenio perfecti et sensu, sed venerosi ^(h) congaudiores, sapientes et in consilio prudentes. 10

Cyverini ⁽ⁱ⁾, qui Cyrini Cynopi appellati sunt; tribuni anteriores fuerunt ^(k), cum omnibus convenientes et ab omnibus honorificati.

Cerbani de Cerbia venerunt; anteriores fuerunt, de omni artificio ingeniosi.

Talariti ^(l) de Arnes venerunt; tribuni anteriores ^(m) fuerunt, iocundi et alacres, honorifici et studiosi nimium. 15

Monchanici, qui Moysolini appellati sunt, da Mosestre ⁽ⁿ⁾ venerunt; tribuni ante fuerunt. multitudo servorum suorum et Flavianici laborabant multa artificia; illi autem designabant.

Pigoli Pigani ^(o), qui modo vocati sunt Piani Pipini ^(p), de Pisa 20 venerunt; tribuni ante fuerunt, simplices omnes et artificiosi, sed mendaces.

Glutunes, qui Taurelli appellati sunt, de Taurino venerunt; ante fuerunt, boni consiliatores et benivoli, sed rixosi ^(q).

Magadesci ^(r), qui Darbores appellati sunt, de Meluno venerunt; 25 tribuni anteriores fuerunt, magni ^(s) de personis, ausi de voluntate, in bello fortes et benivoli in omnibus erant.

Vilidici, qui Barçigessi appellati sunt, de vegla Vercelli venerunt; tribuni ante fuerunt, vanissimi et verbosissimi, sed scientes et bene rationabiles. 30

Ludovici de Nomeraria venerunt; tribuni anteriores fuerunt, Dei cultores et servitores ^(t) in ieiunio et oratione ^(u) seu elemosinis.

(a) *D* Braça (b) *D* appellatur *V* apelatur (c) *D* anteriores (d) *S* Cepreselli
(e) *S* Beneticus (f) *S* Torselli *D* Morscelli (g) *D V* Bononia (h) *D* veronesi
(i) *S* Qyver. (k) *D* om. fuerunt (l) *S* Valar. *D* Talariti (m) *D* ante (n) *D* Moiestre
(o) *D* Pagani (p) *S* Pianipini *D* Pipani (q) *D* risores *V* risosi (r) *D V* Magadessi
(s) *V* magnis (t) *S* sed et serv. (u) *V* oraciones